filiam, admirandos admiranda Passionis ac Mortis Domini-
uctus paucis expositurus. Quantos verò vos fuisse putatis;
tores? Sunt sanè non minus ingentes, admirandi, quam stupendi,
iendi. Verum enim verò proh immortalem Deum! Dominus
servis, idem Rex pro subditis, idem Pontifex maximus, idem unus
Deum & homines Mediator, Mundi Salvator, Vitæ Instaura-
omnium ac maximorum bonorum Autor, deliciæ, salus, pati ac
voluit. Ductus est ad crucem Filius Dei perditi humani generis
palmâ percussus est, qui vera Victoria est palma: ligatus, qui solvit
pedibus vinctos: ligno suspensus, qui erigit elisos: aceto potatus
s Vita: Vita ipsa pro deperditis, imò et in peccatis mortuis mor-
s. Occidit ad tempus vitam Mors, ut in perpetuum Mors à
occideretur. Et, ut pressius dicam: Peccaverat iniquus ut
retur justus: deliquerat reus, ut vapularet innocens; offende-
impius, ut damnaretur pius: quod promeruerat improbus, patie-
ur probus: quod comiserat homo, sustinebat Deus: ut salutem
minis semel deperditam restitueret, restitutam assereret, assertam no-
vindicaret, vindicatam stabiliret, stabilitam in omne seculum pro-
garet, prorogatam denique perpetuaret, æternaret. Dicito jam mihi
l, qui omnes mundi angulos indies penetras, qui luce tuâ singula,
æ in terris geruntur, sedulò collustras; qui radiorum jaculis excur-
onum humanarum molimina antevertis: an usquam et unquam
ti tale quid visum, quod Admirandum hoc vel adæquet vel superet?
ed tu taces, et nitidissimum vultum, è quo calor et lux in subsolaria hæc
rumpunt, atrato velo obvelatum ostendis: stupore magis, an luctu
pulsus, ignoro. Ita nimirum hujus mundi Cor angitur: ita horrore
rfunditur, quod Creatorem Opt. Max. hominum causâ tot tantaque susti-
re incommoda cernit. Vos verò, Auditores, quanta Passionis ac Mortis D-
inicæ commoda sint, expendite: ad stateram cordis vestri appendite:
es noctesque perpendite. Semper utique talia et alia cogitanda, semper
volvenda animo, semper recolenda: idque tantò crebrius faciendum,
uantò longiùs à terrenis isthæc Passionis ac Mortis Dominicæ absunt
dmiranda. Certè, si Pastor oves suas ex lupi dentibus redimendi cau-
seipsum lupinis dentibus objiciat, admirandum opus est: si Dux
atriæ à periculò prohibendæ, aut militibus parcendi gratiâ caput
uum morti certissimæ devoveat, admirandum opus est: si Sponsus,
t Virginem adamatam eripiat, ipse gravissimum vitæ discrimen non de-
recteт, admirandum opus est. At verò quantò magis admirandum